

Pone quod sit 48 ille numerus, propter partes expressas in proposito Exemplo, examina numerum receptum, id est 48 hoc modo, Nam eius dimidium est 24 de quo <sup>dimidio</sup> tertia pars est 8, & quarta est 6. Eas partes additas ad 24, id est, dimidium 48 primi numeri recepti, faciunt 38, quæ deberent esse 589. Fallit ergo numerus primo positus siue receptus 551. Et est minus.

Secundo pone duplum prioris numeri, id est, 96, cuius dimidium est 48, & dimidij illius partes tertia & quarta faciunt 28, quæ additæ ad dimidium numeri positi, id est, 48, faciunt 76, quæ deberent esse 589, Ita ergo fallit ille numerus per 513, & est etiam minus. Quare subtrahe 513 de 551 remanent 38, id est, divisor. Deinde multiplica in cruce videlicet 48 in 513 & fiunt 24624. Et 96 multiplica in 551, emergunt 52896. Subtrahe igitur 24624 de 52896. Et remanent 28272, quæ diuide per 38. Itaq; 744, est numerus verus quem quærebam. Nam eius dimidium

midium